

# Lektion 13 – Tödliche Blicke

Analysiere den Text. Markiere die Tempora Präsens ( ), Imperfekt ( ) und Perfekt ( ) mit verschiedenen Farben.

Finde folgende Stilmittel: Alliteration, Asyndeton, Chiasmus, Parallelismus!

## Zeilen 1 - 6

“Salve, mi fili. Quam laeta sum, quod te salvum esse video! Quid agis? Et quid in illa cibisi (Korb) tecum portas?”

Salve, mater. Et ego gaudeo me salvum esse. Illud monstrum non iam vivit, caput eius in hac cibisi (Korb) mecum porto. Num cupida es caput videndi?”

“Minime! Sed valde cupida sum cuncta audiendi. Narra mihi!”

## Zeilen 7 - 12

“Memoriane tenes illud cum rege colloquium? Illa nocte multa cogitabam, diu dormire non poteram, cum subito Minerva apparuit lectoque appropinquavit et ‘Perseu’, inquit, ‘noli timere!

Tu semper sacrificia nobis faciebas,

tu numquam nobis deis defuisti, consilia nostra a te numquam neglebantur.

Itaque tibi iam adfuimus et nunc quoque adesse cupimus:

Conscende (besteige) navem,

Africam pete!’

## Zeilen 13 – 16

Consilio parui. Mane gladium clipeumque (der Schild) arripui, navem paravi.

Nonnullos dies navigabam ad oram Africae. Inde per loca deserta (Einöde) errabam,

iterum iterumque nomina Medusae Gorgonumque vocabam neque eas invenire potui.

### Zeilen 16 – 25

In quaerendo Graeis, sororibus Gorgonum, appropinquavi; iis, quamquam tres sunt, unus est oculus, unus est dens. Viam ex iis quaesivi, eae autem responsum negaverunt.

Itaque oculum dentemque dolo rapui; tum demum Graeae viam monstraverunt:

“Primum ad Naiades ire debes. Illae habent cibisim (Akk. von Tasche), talaria (Flügel Schuhe), pileum (Akk. von Tarnkappe). In cibisi (Abl. von Tasche) caput Medusae occultari potest, talaribus facultas volandi datur, pileus autem hominem invisibilem (Akk. von unsichtbar) reddit.

Noli Medusam aspicere, sed specta imaginem eius in clipeo (Schild) tuo!”

Tum ego laetus: “Quod viam mihi monstravistis, oculum dentemque vobis reddo.”

Et profecto Naiades cuncta mihi praebuerunt.

### Zeilen 25 – 35

Postea sedes Gorgonum petebam, cum multa et mira saxa animum meum sollicitaverunt: formas hominum, avium aliarumque bestiarum praebant. Inde scivi Gorgones ibi habitare. Quod ea monstra reperiendi cupidus eram, saxis appropinquavi.

Clipeum (Akk. von Schild) magna cum diligentia observabam, cum subito imagines illarum sororum me perterruerunt:

capita earum magna erant, in capitibus non crines (Haare), sed angues (Schlangen) erant, linguae ex oribus pendebant. Subito falcem (Akk. von Sichel) in manu mea esse putavi. Movebatur manus mea, manus cum falce (Abl. von Sichel) ad caput Medusae ducebatur, subito caput Medusae in manibus habui, statim caput in cibisi fuit.”

“Hoc, mi fili, fuit opus Minervae!”